

*pocrypha scil. col. 114. lin. 1. recretam legit ipse re-
gratam. lin. 17 terra sua, legit terra, qua. lin.
26. Luponis habet suponis. alia omitto. Ex illis
itaque hæc in mro sunt corrigenda. lin. 42. tutator
legit Tur. Gatt. habitator. lin. 49. dele comma in
fine lineæ. lin. 57. cum toto Gat. cum omni toto.
lin. 63. nec treguam, nec guerram recretam, nec
cum aliis. Gat. nec pacem, nec treguam cum Ale-
xandrinis, nec cum omnibus aliis inimicis &c. Tur-
rius post treguam addit recregutam. lin. 7. jurare,
& consulibus, & commanibus Tur. jurare, ut supra,
& in commanibus Civitatis. lin. 12. quin l. qui.
Addam demum hujus chartæ meminisse V. C. V. Chen-
nam in 1. part. Del Vescovato ecc. pag. 55. sub
die X. junii: at XII. dicere debuisset, cui dies heb-
domadæ convenit, non vero decimæ junii.*

*MCXCVIII. col. 114. n. 100. lin. 44. V. julii
lege IV. julii. lin. 50. potestate l. potestatem.*

*MCXCIX. col. 116. n. 101. Meminit hujus char-
tæ Benvenutus pag. al. 47. nunc 46., quam com-
promissum vocavit, & notas hæc ei affixit. ann.
MCXCVII. die Dom. IV. Kal. april. indic. II.
At eas correxit Terraneus in suis collectaneis asserens
spectare ad ann. MCXCIX. at ajo ego hoc in casu
corrigenda dies, & non IV. sed V. Kal. aprilis si-
gnanda. Si vero quispiam contendat spectare ad annum
MCXCVIII. dies quidem Dominica cadet in IV.
aprilis, sed annus indictionis erit corrigendus: anno
enim octavo curabat indictio I. non II. Iricus hist.
Trid. lib. 1. pag. 54. edidit quoddam pactum, in quo*

*eadem Legatorum Placentinorum, & Mediolanensium,
quæ hic leguntur nomina, etiam exhibuit, ubi non
Guifredum Fragrosellum, sed Guifredotum Gros-
fellum, neque Johannem de bona Crana, sed de
Bonamena eos compellavit, quæ sane lectio sincerior
mihi videtur. Con venit enim cum altera, quam
exhibet documentum sub n. 104. col. 123. lin. 60.
MCXCIX. col. 122. n. 104. D sumsi hoc docu-
mentum ex MSS. miscellaneis CL. Burgontii, in qui-
bus testabatur illud descripsisse ex MSS. Commenta-
riis Alexandri Schiavinae, cujus autographum a præ-
clarissimo, mihi que multis beneficentia nominibus præ-
dicando Comite Durando a Villa paucis ante annis
emtum fuit, ac inter reliqua pretiosissima Bibliothecæ
sue cimelia repositum. Edidi autem perlibenter,
quod in quibusdam locis multo emendatius sit, quam
illud quod a Durando in suo Pedem. Cispad. emis-
sum fuit. Quæ de re si quis certior fieri velit, a limi-
ne statim deprehendet; nam apud Durandum deest
lin. 24. & dimidium 23. & 25. nomina etiam non-
nulla ibi corrupta videlicet Corconara, Cauterio,
Bercarii, Gotum de Sannelio, Busco, Frixinarij,
Bassa regatii, spacialem, Trorsellus pro Cocconato,
Lanerio, Bosco, Bersarii, Frixonarii, Balleragutii,
specialiter, Trossello. Prætermitto alia levioris mo-
menti. Nolim autem, ut quis hæc eo fine a me di-
cta putet, quasi Durandi exemplar parvi faciendum
sit. Nam & multas habet optimæ notæ lectiones meis
anteferendas; nonnullas vero alias haud spernendas.
Juvat autem nunc illas producere, quoniam, dum ty-
pis edebatur ob operarum festinationem haud facere
licuit. Delenda itaque prima lineæ, quæ in docu-*

*mento occurrit, quod Schiavina ut puto merum sit
additamentum. lin. 44. accipere tenentur lege reci-
pere teneantur. lin. 52. 53. tenuerunt l. tenentur.*

*Col. 123. lin. 5. marchionem ibi marchiones.
omitto ea, quæ ad (1) annotavi, ne dicta repetam.
lin. 21. quam omisit Schiavina ex oculi lapsu, ita
suppleas velim, pactum quod fecerunt cum Asten-
sibus, & Vercellensibus, nec contra Sacramentum,
seu pactum, quod fecerunt cum hominibus de Ca-
xinis. lin. 24. marchionem ibi marchiones. lin. 25.
marchionem ibi marchiones. lin. 26. fecerunt cum
marchione de Gavio; supple quod fecerunt cum
Januensibus, nec contra Sacramentum, seu pactum,
quod fecerunt cum marchionibus de Gavio. lin.
30. nec contra homines de Busco, supple nec con-
tra homines Maxii, nec contra homines de Bosco.
lin. 55. jurant, ut supra continetur. Prædictus mar-
chio supple juravit, ut supra continetur prædictus
D. Bonifacius marchio. lin. 58. juraverunt in Me-
diolano Johannes l. juraverunt pro Mediolano Jo-
hannes.*

*Col. 124. lin. 5. 12. die Martis junii corrige 13.
ex Durando, cui concinit Iricus, qui de hoc docu-
mento aliquam notitiam acceperat, cum asseruit fœdus
percussum non pridie idus, ut Schiavina, sed idibus
junii. Adde etiam finem conventionis, quem hic ad-
jungam, ne hujus chartæ studiosus cogatur ad alium
librum, ut integrum legat, confugere. Interfuerunt
Lantelmus de Landriano, Traversus Vallianus, Al-
gerius de Vicomercato, Jacobus Pelluchus, Gui-
lielmus Bremus, Arnaldus de Mombellis Consul
Mediolani, & Martinus de la Turre, & Beltra-
mus Scacha-Barozius, & Guifredotus Grafellus, &
Gotecinus Mainerius, & Rogerius de Lampugna-
no, & Balditonus Stampa, & multi alii, qui si-
mul utramque prædictam societatem juraverunt,
ut supra. Ego qui dicor Castanea nigra, judex, ac
missus Domini Henrici Imperatoris interfui, &
hanc chartam scribere rogatus fui, & subscripsi.
Ego Otho qui dicor de Simidi judex, ac missus
Domini Henrici Imperatoris scripsi.*

*MCCI. col. 125. n. 107. ex collatione cum auto-
grapho hæc corrigenda. lin. 32. ubi puncta lege ulti-
ma die novembris. lin. 33. post Henrico comma.
post Vilelmo adde Serdodo, Arnaldo, &c. lin. 39.
& 43. dele rationem, ratione, & pone utrobique
nomine lin. 46. Bruzafave l. Bruzafarie.*

*MCCII. col. 126. n. 109. Duo hic annotanda.
Primum est promissio adjuvandi Alexandrinos ab Ot-
tone, aliisque marchionibus facta ad habendum Epi-
scopum Alexandrinum. Aliquem habuisse constat ex
epistola Innoc. III. Papæ n. 137. lib. XIV. edit.
Baluzii dat. Laterani IV. non. januarii Pontificatus no-
stri an. XVI. in qua agitatur quæstionem circa subje-
ctionem præpositi Pacilianensis Præposito Casalis S.
Evasii. In ea memorat quædam litteras, quas ve-
nerabiles fratres nostri Terdonensis, & Alexandri-
nus Episcopi miserunt Episcopo Papiensi delegato
a Summo Pontifice. Quo autem tempore habuerint,
& quo jure, alterius loci erit disquisitio. Alterum
est ubi col. 127. lin. 44. legitur amicum patrem, eo
loco legendum esse, ut mihi videtur, Anricum fratrem*